Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 199

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 474.

Cod. CXCIX.

Chartac: Fol. Soec: 15. 2 4. 1.

1. Fol: 3-90.

Thomæ de Haselbach Tract: de X præcept: decalog. 1a-89a

Thomæ Ebendorfer de Haselbach Tractatus de X præceptis decalogi. Incipit: "Cogitatum habe in præceptis Dei &c. Ita scribit sapiens." Unde patet idem esse opus, quod occurrit in Cod: XXXIX. num: 1.

2. Fol: 90-162.

Ejusdem tractatus de novem alienis peccatis. 90a-162a

Ejusdem tractatus amplus de novem alienis peccatis. Primus Sermo, qui prologi locum in alios tenet, incipit: "Ad philipenses primo capitulo hortatur apostolus fideles." Hunc excipit alter cum rubrica: Sermo generalis de alienis peccatis, cujus initium est: "Ab occultis meis munda me &c sic petit propheta." In fine videtur mutilus, quod ob elegantiam codicis eo ægrius ferendum. Authorem hujus tractatus esse Thomam de Haselbach docet Soec I. Script: Univers: Vienn: p: 157.

3. Fol: 171-216.

Comentarius in Symbolum Apostolicum. 171-216b

Comentarius in Symbolum Apostolicum, cujus initium est: "Ex quo communiter solet scribi et dici coram simplicibus." Præter aliorum doctorum auctoritates adducuntur etiam illæ Petri de Palude, Richardi de Media Villa, Henrici de Hassia. Illud prorsus singulare est, quod auctor omissis tribus ultimis articulis, eorum loco agat de Sacramentis baptismi, et confirmationis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 199

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 475.



4. Fol. 218–230.

Tractatus de poenis damnatorum.

218a–230b

Tractatus de poenis damnatorum. Incipit: " Rex dixit ministris ligatis pedibus et manibus ejus mittite eum &c. Et loquitur Evangelista de futuro per modum preteriti. Authorem hujus eundem, quem precedentis suspicor, & stilum ac allegandi methodum consimilem. Thoma autem de Haselbach non esse, ostendit initium, a nostro alienum, nempe: " Ibi erit fletus et: Lex solent. Forsitan est Joannis Capistrani, cui Losseri, nus Apparat: Jac: T. Z. tractatum de poenis inferni tribuit.

5.

S. Joannis Capistrani Speculum Clericorum.

240a–272b

S. Joannis Capistrani Speculum Clericorum.

S. Joannis Capistrani Speculum Clericorum, seu Sermo ad Clerum habitus in Synodo Tridentina aō 1439. Inscriptio in Codice nostro sonat: " Sermo ad Clerum in synodo Tridentina (a) editus per fratrem Johannem de Capistrano ordinis minorum anno Domini Millesimo quadringentesimo Trigesimo Nono die mensis aprilis recitatus in ecclesia cathedrali die 22". Incipit: " Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum sanctificentur ne percutiam eos Exodi 19. Princeps Serenissime &c: Operis clausula est: " Hec sabbati, state pro quodam speculari compendio cleri, corum descripta sunt et sic ut nostis quasi perfunctorie recitata que et cetera nostra opuscula et quecunque scripta composita dictata predicata vel recitata semper et ubique corrigenda emendanda vel supplenda humiliter et devote cum reverenti prece

(a) quæ fuit diocesana.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 199

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 476.

" committo fervide caritati et iuste discreci-
" -oni omnium rectius et veracius sencienci-
" -um Ad laudem et gloriam omnipotentis dei
" qui est laudabilis et benedictus in secula
" seculorum Amen. Explicit Speculum Cleri-
" -corum deo gracias amen ffr Jo. de cap.no
Inscribitur quoque hoc opus De instructi-
-one et directione Simplicium Sacerdo-
-tum, et prodiit Venet: 4to 1580. una cum
tractatu de Papa, et Concilii authorita-
-te. Vide Possevin: Appar. Sac: T. 2.
Voce Joann: Capistr. Oudin: Script: eccl:
T. 3. Col: 2460. Wharton in Append: ad
Caveum p: 98.

S. Joannes Capistranus, natione Ita-
-lus Ord: Min: vitam posuit aõ 1456.

Cod: CC.

Chartac: Fol: saec: 13. 2 4.2.

1. Fol 1 — 202. 201a

Franc: de Mayronis Sermones de tempore, et de Sanctis.

Francisci de Mayronis Sermones de tem-
-pore, et de Sanctis per annum. Pri-
mus, qui est de dominica prima Adven-
-tus, incipit: "Videbunt filium hominis ve-
" -nientem &c: Quia secundum doctrinam
" beati Augustini". Magna haec Sermonum
moles eleganti et nitido charactere exa-
-rata est. In calce legitur: "Expliciunt
Sermones ffrancisci Maironis in profesto
undecimilium virginum anno domini

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 199

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27536

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)